



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Absoluta sponsalia & non conditionata. parag. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

10. Quod si clandestinè contrahentes habeant intentionem faciendi sponsalia, si non possint validum facere Matrimonio, etiam Sanch. a concedit, tunc fieri valida sponsalia, sed magis consequenter negat Bossius, b quia sic contrahentes non promittunt sponsalia externis verbis, seu signis externis, sed solum internè, quod ex supradictis ad validitatem non sufficit; verba enim illa clandestini Matrimonii, cùm actum omnino nullum, ex sententia Sanchez, & ipsius Bossii, contineant, videntur non posse intentionem promissionis sponsalium legitimè significare.

## §. V.

*Aboluta sponsalia, & non conditionata.  
Remissivæ.*

D E his agetur commodius cùm de consensu ipsius Contractus Matrimonii, c<sup>ontra</sup>tra Tr. Deo favente, infra e disputabimus.

4. de Consensu. 5.

## C A P U T III.

*Quis possit Sponsalia contrahere?*

H ic solum duo difficultatem habent. Primò, an possit quis in quacunque aetate. Secundò, an possit quis impedimento aliquo laborans, validè inire sponsalia.

## §. I.

*Aetas, quando nam, irritat Sponsalia.*

1. Q uæstio potest esse Primò, de eo, qui septennium complevit, sed nondum est pubes. Secundò, de eo, qui illud non complevit.

*De eo, qui septennium complevit.*

Dico Primò. Qui septennium complevit, d. S. Th. in quamvis nondum pubes, validè, & licite 4. d. 27. I sponsalia contrahit, si usu rationis est comiq. 2. art. 2. pos (nam impos rationis etiam septennio e Sylvester major, non est aptus ad sponsalia, ut supra V. Matr. vidimus.) Ita Sanctus Thomas, domineque sec. g. 6. V. fere Theologi, quidquid dicant Sylvester, sponsalia, & aliique perpauci, requirentes ad sponsalia q. 6. 3. eandem aetatem, quæ requiritur ad Matrimoniū. Ratio nostræ doctrinæ est, quia licet sit determinata aetas pro Matrimonio, pro quo jura requirunt pubertatem, scilicet duodecimum annum completum in feminis; decimumquartum item completum in viris; ramen pro sponsalibus exprelse conceditur ff C. Litt. sufficere, tum pro feminis, tum pro viris & C. A septennium completum. Hujus autem rei causa, congruentia est; quia ad matrimonium, quod dispergit ex lege indissolubile, maturiore opus est iudicio, quam ad sponsalia, quæ rescindi ex aliis, multis causis possunt.

*De eo, qui septennium non complevit.*

2. Dico Secundò. Minor septennio ea- g Sup. c. 1. rens usu rationis invalidè init sponsalia. s. 1. 2. 1. Patet id ex dictis, supra, g & haberetur in h C. Vm. jure. h

3. Dico tamen Tertiò. Idem minor septennio, si usu rationis polleat; etiam si eum in 6. usum per miraculum receperit, validè, & i Act. 9. 8. 1. licite contrahit sponsalia. Hoc dictum magis q. 8. 1. est controversum, quām præcedens; nam a- f. 7. 1. liqui cum Averfa i. requirunt, præter usum Diem dñi rationis, aetatem septennii completi; Aliqui tamen, apud Dianam, k & apud eandem Averlam, k. S. Th. l præter dictum usum, requirunt aetatem, l. c. ad saltem proximam septennio. Sed nos cum Septimio Sanchez, m Pontio, n & Leandro, o requiri- l Dians. timus usum solum rationis, fatemur tamen 3. tr. 4. propter aliquos Textus, quos prædicti Do- Ref. 27. 4. ctores inducunt, ipsorum sententiam esse in eam probabilem. Ratio nostra potissima est; quia, lib. 1. ma quando Jus, sive concedit, sive præscribit tr. dis. pro sponsalibus septennium; Ideo præscribit; 16. ma. quia tunc præsumit in Sponsis usum rationis n. Post. 1. necessaria ad illa contrahenda: propterea sicuti, id est præscribit aetatem pubertatis pro Matrimonio; quia tunc præsumit potentiam ad generandum; Si ergo jam habetur sufficiens usus rationis ante septennium, sufficienter Jura servabuntur, sicuti proportionaliter ju- citam. ra, quæ requirunt pubertatem pro Matrimo- p Sanc. nio, sufficienter servantur etiam ante puber- 7. mar. tem, quando ante illam constat, quod mali- d. 1. 1. tia supplet aetatem, ut cum communiceat idem Sanchez. p

4. Illud est notandum cum eodem, q. ante septennium non esse sponsalia, nisi appar- 9. Cam- dem isti's rear, & in foro externo, nisi probetur Spon- matris. fos esse compotes usus rationis, sed, post 16. ma. sepe-